

annuales eis indulgentes ad confessiones vi-
rorum eos tantum approbantes. Si vero cau-
caui, aq; iusta, Regularium approbatio limi-
tetur ipsam limitationem omnino seruandā
esse docet Angelus ver. Confessor. 4. nu. 25.
Nam si Domini Episcopi possūt ex causa pre-
sentatos omnino repellere: poterunt utiq; a
fortiori ex causa limitare, coarctare, & taxa-
re huiusmodi approbationem: ita ut sit ap-
probatus ad certum locum, quia est in-
sufficiens ad alia, vbi maior scientia & ex-
perientia requiritur: & sit approbatus ad
confitendos viros & non mulieres, propter
defectum prouectæ etatis. Et art. 9. dicit
nullum Prouincialem posse renuntiare iurī
omnibus confessariis sui Ordinis concessō,
videlicet ut non habeant iurisdictionem im-
mediatam à Papa, & quod semel appro-
bati, velint ut possint ab eodem Episco-
po iterum approbari. Et probatur ex cap.
Cum tempore, de Arbit. Vbi dicitur,
quod exemptus non potest renuntiare excep-
tionem, sine licentia Papæ. Et periculum
est in rebus diuinis cedere iuri suo, Cap.
Quam periculosum. 7. q. 1. Et arti-
20. dicit quod lectores graduati Religio.

¶ § § § 2 num